



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd spontaneum propositum monachi mutare non liceat. viii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

*Ut canonici qui in monasterio monachorum conuer-
santur, aut monachicè viuant, aut sub cano-
nica regula constringantur. Cap. V.*

Precipimus vt vnusquisque episcopus sciat per singu- *Ex cõcil.*
la monasteria, quantò quisque abbas canonicos in mo *Moguti.*
nasterio suo habeat, & hoc omninò ambo pariter prouide- *cap. 17.*
ant, si monachi fieri voluerint, regulariter viuant, sin au-
tem, canonicè viuant omnino.

*Quòd monachum paterna deuotio, vel propria
professio faciat. Cap. VI.*

Monachum autè paterna deuotio, aut propria pro- *Ex cõcil.*
fessio facit. Quicquid horum fuerit, alligatum tene- *Toletan.*
bit. Proinde his ad mundum reuerti recludimus aditum, *cap. 49:*
& omnes ad seculum interdiciamus, regressus.

De clericis qui se fingunt monachos esse. Cap. VII,

Vt clerici, qui se fingunt habitu & nomine monachos *Ex eodè*
esse, & non sunt, omnimodis corrigantur, atque emé- *concilio.*
dentur, vt vel veri monachi sint, vel veri canonici.

*Quòd spontaneum propositum monachi mutari
non liceat. Cap. VIII.*

Propositum monachi, proprio arbitrio aut volunta- *Ex decret.*
te susceptū, deseri non potest absque peccato. Quòd *Leonis pa.*
enim quis vouit Deo, debet & reddere. Vnde qui relicta *cap.*
singularitatis professione ad militiam, vel ad nuptias de- *26.*
uolutus est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus
est: quia & si innocens militia, & honestum potest esse cõ-
iugium, electionem meliorem deseruisse, transgressio est.

*Ut monacho sine conscientia sui abbatis votum
vouere non liceat. Cap. IX.*

Monacho non liceat votum vouere, sine cõsensu ab- *Ex dictis*
batis sui. Si autem vouerit, frangendum erit. *Basilij.*

*De virginibus quæ ante XII. annos in scijs mundibur-
dis suis, velamen sibi imposuerint. Cap. X.*

Virgines quæ ante XII. annos in scijs mundiburdis *Ex cõcil.*
suis sacrum velamen capiti suo imposuerint, & illi *Triburi.*
mundiburdi annum, & diem hoc tacendo consenserint, in *cap. 10.*
sancto proposito permaneāt. Et si in prædicto anno & die